Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dinx Berillus Saphyrus Carunculus et Smaragdus quo ut fora
mina sic et tua peracta sunt inque indie que conditus es tu cherub extentus
et protegens sed non similiter ut isti tu quoque in foraminibus tuis auri liga
turas recepisti. Immo repulisti manum auri ficis sive artificis dei. Ste
auri ligaturas receperunt isti. Aurum illud est verbum domini. Aurum illud est
spiritus oris domini. In illo auro sic sunt alligati lapides preciosi lapides
igniti ut incommoti stent in ordinibus suis et nullus exeis unquam
excidere possit. Hoc est quod psalmista ait. Verbo domini celi firmati sunt
et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipsi sunt lapides ipsi sunt celi lapi
des propter eternam stabilitatem firmamque eternitatem celi propter inhabitantem
in eis sanctam trinitatem. Hec est iam victoria verbi dei. Contra com prin
cipem malignitatis ut eo illo cadente sunt puniti et retenti propter
verbum per quod fuerat et conditi et raptor qui illos rapere intendebat
comprehensus est et ingentis ruine penas dedit. Complevit in
hiis quod voluit verbum dei. Verbum quod dixit deus fiat lux facta est
enim lux et eodem verbo divisit deus lucem et tenebras firmatum
namque est iudicium et data est immutabilis sententia ut diabolus et sa
thanas lucis refuga nunquam amplius lux fiat neque nullus aposta
tarum angelorum eius adversariorum lucis idest sanctorum angelorum ulterius resurgat

Responsio ad illos qui opinantur antequam celum et terram fierent facti fuerunt angeli et unde existimant facti:

Breviter nunc respondere libet quorundam opinioni cap. xxviii
qui opinantur quod antequam celum et terra fieret facti fuerunt angeli.
Et quid aliud respondendum est nisi quod huiuscemodi opinio nec scrip
ture alicuius testimonium neque ullum racionis habeat firmamentum. Non
enim scriptum est In principio creavit deus angelos. Sed In principio creavit
deus celum et terram. Deinde paucis interpositis terra autem erat inanis et
vacua et tenebre erant super faciem abyssi et spiritus dei ferebatur super
aquas. Tunc demum subiunctum est. Dixitque deus fiat lux et facta
est lux. Lucem hanc angelicam esse naturam non nulli doctorum opinantur quibus pater
Augustinus sentit cuiusque sensui non solum racio verum eciam quod maius
est scripture voluntas diligenter considerata valde consentit. Quod siquis
dubitare voluerit dicat ipse eo locus extra celum et terram nullus sit
angeli qui utique locales sunt et circumscripti quo in loco esse potuerint
si ante creacionem celi et terre fuerant conditi. Quod si queris unde sint facta
qui tam gloriosi sunt et splendidi respondi ut cuique potest quod de aeris
substancia facti sunt. Habent enim et adiectoribus non est tantum eos